

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 5. De qualitate, & quantitate satisfactionis Pœnitentia Confessario
imponendæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

quæ prodeße debent; quandoquidem per violationem illarum, status ipsius deterior furtus est, quam altoqui foret. Quapropter monendum est (quantumcumque iuxta Sotum loco c' rato non ostendat se difficultem) ne propositam pénitentiam acceptet, nisi se eam impleturum firmiter proponat; etiam si pénas peccatis suis debitis non satisfaciens in hac vita, debeat illam soluere in Purgatorio, ubi longè gravior erit, & multo minus efficax ad satisfaciendum: ut in eod. art. 3. non longe à principio, idem Sotus tangit. Et ratio est, quia in hac vita homo pénitentiam imponit sui opere & peragit ex plena libertate; ex futura vita vero, necessitate compellente; perinde ac cum quis iudice cogente soluit debitum: quod non imputatur ei ad laudem & meritum, sicut si ex plena libertate solueret: et.

36. **Sextum est, quod idem à Graphio in seq. num. 8. & 9. adhuc habet.** Confessarium debere diligenter carere, ne pénitentiam addo leuem imponat, vi. Pénitens illam contemnat, illiusq; levitate ille stus relabatur faciliter: neque contra adeo graue, utile eam cum anima sua præiudicio omittat: sed sic gratitatem cum lenitate temperet, ut neque nimis rigida, neque nimis facile esse videatur.

37. **Quod si Pénitens ipse dixerit se pénitentiam mediocrem,** quam iudicatio Confessarij meretur, facere non posse; sed velle tantum facere parvum: debet hic illi morem gerere in re que arbitrio ipsius relata est, prout pluribus aliis c' ratis habet Henriquez lib. 5. Summe cap. 20 § 5. It. Q. Cum enim Confessarius non tantum gerat officium Iudicis ad vindictam peccati: fed etiam p'j Medicis ac Patris spiritalis, ad curationem animæ, debet ut ea prudenter (ut bene loco sit. concil. 2. ait Sotus) qua solet Medicus, qui non semper rigore virute medicamentum, quæ morbus exigit, sed ad ægri debilitatem attendit; qui si rigorem illum ferre nequaerat, remissus cum eo agit. Si ergo Pénitens Confessarium suum imbecillitatem exporat, ilque præsumatur propter debilitatem corporis aut animi, spirituque languorem & corporeum, non impleturus pénitentiam condignam, iniungenda est ei, quam libenter admittet, etiam si esset unum Pater & Auct. alii due modicum: addito quoddam bona que fecerit vel mala quæ pertulerit patientem, sicut etiam ei in Pénitentiam potius quam fundens, utr' recedat: s' t' et vel desperatus ob pénitentiam difficultatem.

38. **Id quod ex D. Thoma & Hofstien. adferens D. Anton. 3. parte iii. 17. cap. 20 in initio,** addit ex Palud. quando pénitentia minor quam deberet, sic imponit; iudicandum esse Pénitenti quanto maiorem mereatur: cum Cancres Pénitentiales se p'ennalem imponat pro uno mortali: ne decipiatur; putans imponitam condignam esse ac sufficiere. Si tamen ex tali declaratio et timeretur nimia deficitio, vel desperatio, abstinentum estet ab ea: & potius humaniore adhibita abhorratione, sua endum ut velit Deo satisfacere, sicut hic sine in purgatorio. Quæ voluntas ei sufficiere potest iuxta Nauar, alios citantem in Enchir. cap. 26. num. 2. Et confirmatur per illud quod bene docet ad cap. Confiderat. De penit. distin. 3. §. Ponat se. num. 11. reliquum esse ipsius arbitrio sive hic, sive in Purgatorio satisfacere pénas debitas peccatis suis.

39. **Aduerendum est vero, si quod Pénitenti imponitur tale sit, ut sub mortali tenetur illud præflare, etiam non iniungatur;** ipse illud recusat, non debere sacramentaliter absoluiri, ut iam ante attigimus: quia tanquam impenitens, in capax est talis absolutionis iuxta illud in cap. Tunc vera 11. quæst. 3. Tunc vera est absolutione præsidentis, cum interni sequitur arbitrium Iudicis id est, Dei: qui nunquam absolvit impenitentem. De penit. distin. 1. cap. Neminem. Quod D. Anton. ann. evan., addit id procedere etiam si talis in istis proabsolutione, ostendendo scandalum & deperationem si non absolvatur. Nam ei nullo modo assentendum est, sed declarandum id non posse fieri neque si fiat profuturum ipsi. Quod vero is permaneat in scandalo, non debet nos reddere sollicitos, quas rei simus illius: quia non est à nobis datum, sed ab eo acceptum: ita ut Pharisæorum sit, non parvulum scandalum ex cap. Inter verba 11. quæst. 3.

40. **Septimum esse potest,** quod Polaneus habet: in Direct. cap. 2. art. 4. ut dispositis ad maiorem pénitentiam admittendam, maior imponatur habita ratione criminum perpetratum, dummodo ea talis sit quam illi videantur adimpler-

ri. Concedatur item Pénitenti ut imponitam Pénitentiam possit redimere, ut ieiunia eleemosynas; quædā etiā relinquatur ipsius arbitrio, dicendo, hec facies, aut si malueris illud.

Octauum sit, quod Nauar. in Enchir. cap. 26. num. 33 habet, & ante eum ex Palud. D. Anton. 3. parte iii. 10. cap. 2. sub initium, per cap. 1. 26. quæst. 7. ut constitutis in articulo mortis non imponatur magna pénitentia exterior mox agenda, sed ad interiorē cōditionem quam fieri potest maximam, ipsi moueantur: non tam proponendo pénas Inferni, quam spem misericordie Christi pro ipsi crucifixi: quia tunc magis quis desperatione quam præsumptione oppugnatur. Item admoneantur ut iubent de bonis suis eleemosynas rationabiles fieri, & Missas celebrari: regentque amicos si quos praefecit habeant, ut precibus & aliis bonis operibus iuueni ipsos, ad pénitentiam pro suis peccatis agendum. Quod etiam spectat quod ex Hofstieni D. Antoninus addit Pénitentem in articulo mortis constitutum monendum esse à Confessario, que pénitentia illi imponit deberet si bene valeret, quamque debeat implore, si contaleat: aut pro ea eleemosynas facere, siveque hæreditibus iniungere facienda.

Quod si timeretur inde accepturus occasionem aliquam desperationis, fertandum esset quod antea num. 38. dictum est: monerit tamen posset ut contaleat se denovo pénitentem Confessario, petendo sibi taxari condignam suis peccatis pénitentiam, quod tunc fieri non potest, manente ipsius infirmitate. Ratio autem rationis huiusmodi redditur, quia plus valet ceteris partibus, ut iam ante attigimus, impletio satisfactionis à Confessario imposita, quam suscepit propria autem sponte, perinde ac impletio voit. Addit D. Antoninus de tali, si redeat ad eundem Confessarium non teneri denovo confiteri peccata pro quibus satisfactione est taxanda, si Confessarius ipse adhuc illorum recordetur, quantum sufficit ad moderandā pénitentia: alias ve' d' debet denuò confiteri.

Pro quo notandum est sequens documentum. Si Pénitentis confiterando Sacramentale satisfactionem, maiori effacie esse quam sponte suscepit, velut per illam potius, quia per hanc Deo satisfaciere exinde oportet: aliquam sibi imponi, debet tunc confiteri, ex Nauar. ad cap. Contrarium De penit. dist. 5. num. 2. Et patet quia ut Concil. Trident. habet in sess. 14. cap. 5. Sacerdos iudicium pénitentiale incognitum à causa exercere non potest, neque equita em in p'ensis iniungendis lernare: nisi in specie & signatim sua Pénitentis peccata ei declarauerit. Idem iudicium est, si ab alio, quam eo cui confititus est, vel ab eodem quidem, sed qui oblitus est peccatoris, quæ ei detrecta fuerant, petat aliquam sibi imponi, quia non meminit antea impositæ quam non impletuit.

Quod si id ipsum petat memor pénitentis à se omisla, cautum est (inquit D. Anton in sequent. tit. 17. cap. 20 § 1. sub finem) ei declarare ac permitti, ut si die alioqua, sive ex negligencia, sive ex obliuione omiserit iniunctionem pénitentiam; ut ieiunium, vel orationes vel aliquid huiusmodi, possit alio die suppleri. Ratio est quam reddit Cæter. verbo Satisfactione § 1. in fine, quod principale in satisfactione sit ipsum opus, non circumstantia temporis. Quia etiam ratione fumus eodem verbnam. 3. virtut ad stabiliendam determinationem, quam ait p'se consolari multos; nempe si Pénitentis non impletuit loco & tempore designatus, vel partem vel totum quod ei forent iniunctum, imp'eat postea. Quar' nam si te ipsum ipsum tanquam pars satisfactionis imponatur, ut si p'cepit ieiunare in a' state, quia ieiunium tunc habet specialiē difficultatem: ieiunando hyeme non impletur tota pénitentia, ratione variæ conditionis temporis, que spectata est in illa imponenda.

C A P V T V .

De quantitate & qualitate satisfactionis Pénitenti & Confessario imponenda.

S V M M A R I V M .

44. *Tanta & talis satisfactione imponendae est Pénitenti à Confessario, que confitatur iusta.*

45. *Solutus Deus nouit definitam, que sit iusta.*

46. *Relinquitur arbitrio Confessarii determinare quantitatem & qualitatem Pénitentia iusta.*

47. *In ieiunia minor, quam diuinaria iustitia exigat, non liberat omnino a pena peccato debita.*

- 48 Non ita relinquitur arbitrio Confessarii satisfactio, ut pro libito
eum imponere possit.
- 49 Satisfactio non modo in remedium futuri, sed etiam in vindictam
præteriti peccati impoſita esse debet: & responsio ad illud quod Christus
peccatum remisit sine impositione penitentie.
- 50 Quæ consideranda ex parte Penitentis in arbitrandâ Penitentia.
- 51 Ratio arbitrandi ex eadem parte.
- 52 Consideranda ex parte peccati in arbitrandâ penitentia.
- 53 Ratio arbitrandi ex eadem parte, est per Canones penitentiales, &
quomodo.
- 54 Canones Penitentiales secundum ordinem peccatorum Decalogi,
& Sacramentorum ad que pertinent.
- 55 Consideranda ex parte finis in arbitrandâ satisfactio.
- 56 Generalia remedia aduersus peccata que in satisfactionem imponi
possunt.

Attamen non ita relinquitur, ut ad libitum suum, sine alia
circumspectione possit illam facere: scilicet ut benè confirmat
Sotus in 4. deft. 2. qu. 2. art. 3. concil. 1.) Speciem peccatorum &
peccatoris circumstantias: quia non exercet hoc munus propriâ suâ auctoritate; sed Dei, tanquam instrumentum, quod
non nisi ad nutrum ipsius moueri debeat. Pro quo tum alia
Sotus adserit: tum illud Iohann. 20. Accipite Spiritum sanctum.
Quorum remiseritis peccata, &c.] per quod Christus satis
infirmiter, non esse à Sacerdotibus potestate remitterendi pec-
cata vtendum proprio arbitratu: sed secundum iudicium di-
rectum à Spiritu sancto. Non est ergo dubium quin Confes-
sor peccet, offensas contra Deum factas condonans sine pru-
dentia; praefertum cum penitentias nimis leues imponendo,
faciat iniuriam Deo: & imponens nimis graves faciat proximo.
Cuius peccatum ipsum clarè admoneat Concil. Trident. ut
paret ex illius verbis propositis initio huius capituli.

Quibus cum subiungit, Habeant autem præ oculis ut sa-
tisfactio quam imponunt non sit tantum ad vitæ nouæ cu-
stodiā, & infirmitatē medicamentum; sed etiam ad pecca-
torum præteriorum vindictam] ostendit Confessorem ip-
sum in imponendo satisfactione sic debere rationem habe-
re emendationis Penitentis, ut simul habeat iusta vindicta
peccatorum ipsius: seu, quod idem est, curare ut non modò
medicinalis, sed etiam satisfactiona sit penitentia. Quam ut
iam ante attigimus, determinare ex aequalitate, quâ peccati
grauitatem magnitudo penitentia exequatur; non est moraliter
possibile, ob defectum notitia quantitatis eorum quæ inter-
se conferenda essent, uta prædicta grauitas & magnitudi-
nis, ex una parte; exalteria vero, tum dispositionis cum qua
Penitentis ad Sacramentum accedit: tum portionis meritorū
Christi, quæ in exta institutionem ipsius, applicatur suscipien-
ti Sacramentum: Ita ut Confessarius, ratione poscit, ac etiam
debeat obseruare, ut secundum rationes quoddam generales,
pro gravioribus delictis graviores penitentias imponat,
quantum prudentia & Spiritus sancti instinctus dictauerit:
de quibus quæ à Theologis S. holasticis traduntur Suarez
persequitur in cit. disput. 38. sect. 5. Sufficit autem nobis cum So-
to respondere ad obiectione milam, quod Christus Ioh. 8.
peccata remiserit sine impositione satisfactionis, cum dixit
misericordia deprehensione in adulterio. Necego condemnabo, va-
de iam noli amplius peccare.]

Respondeamus ergo à Christo Domino factum esse pro
sua potestate excellentia, nec debere à Sacerdotibus trahi
in exemplum: quorum potestas tantum est ministerii & in-
strumenti; quod non proprio, sed causa principali nutu, ut
in aliis, sic & in hac se moueri debet: prout iam attigimus in-
singuatum esse à Christo, per illud Iohann. 20. Accipite Spiritum
sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis]

Itaque constitutum sit ex hac causa dictum, ad iustum, seu
quantam & qualiter oportet satisfactionem pro peccatis au-
diens in confessione, imponendam; requiri in Confessario
ut Spiritus sancti impulsu: tum considerationem trium
horum; peccatoris in quantum, peccati, & finis, id est, salutis ani-
mæ; quibus eadem: & beatus commensurata esse: sicut Medicina
in firmo, infirmitate, & sanitati, ut benè ait Cæteran. in verbo
Satisfactio. A quæ de Spiritus sancti instinctu pro præcepto nobis
proposita, nihil aliud occurrit monendum, quam ut deuota
humiliique oratione imploretur, nec illi obex præcepta
ponatur. De ceteris plura sunt notanda quod fieri de uno
quaque sigillatum.

Consideranda ex parte Penitentis in arbitrandâ satisfactione

S E C T I O N . I I .

Ex parte Penitentis igitur, in arbitrandâ imponenda.
que satisfactione oportet Confessarium considerare, ac
ponderare, primum possibilitem & commoditatem ipsius;
ad talem penitentiam implendam. Deinde quantitatem contri-
tionis quam habet de peccatis commissis. Præterea quali-
tatem personæ, robustane sitan debillis: iuuenis an senex as-
fuerit penitentis an non: denique ceteras circumstantias, ut
scandalum, vel detrimentum aliorum. Incepit enim extra ē
imponere Penitentiam quam Penitentis implere non possit
aut quamvis ab soluto possit, non tamē commode, ita ut sit
expositus péricolo non implendi impositam. Contentaneū

De Confessarij arbitrio, cui relinquitur iuste satisfactio-
ni taxatio.

S E C T I O N . I .

Pro Confessarii arbitrio relictam, est iuste penitentie
quantitatem & qualitatem, est eam non esse taxatam a
iure, sed illius taxationem relinquere prudentia Confessarii,
tanquam iudicis simili & Medicis spiritalis; prout constat ex
vnu communī Ecclesiæ.

Valerij Tom. II. Pars II.

est vero carteris paribus, minorem penitentiam magis contrito imponi ob idem peccatum, quam minus contrito, cum per maiorem feruorem contritionis maior pars pena remitti nata sit.

Præterea personis infirmis, aut non assuetis penitentiarum agendæ, imponenda est satisfactio, habita ratione infirmitatis ipsorum, ut quantumcumque grauorem ipsorum peccata mereantur & exigant; non imponatur tamen nisi quanta & qualia ipsorum infirmitas, sive corporalis sive spiritualis, lauorve aut reponimeti ferre potest; iuxta documentum ante traditum in precedentium. 37. & 38. In quam sententiam præclarè Caet. in verbo Satisfactio ait. Agro secundum corpus fortis, ac bene constitutis, dari potest fortis medicina; debili autem, minimè, ita penitentia bene preparati & robustamini, satisfactio quam meretur imponenda est, debiliter autem disfatis, danda est satisfactio parvula iuxta debilitatem sui animi: ut parvulus ignis fouetur apposita palea, ne sufficeret appositus magnus lignis desuper. Hæc illæ. Atque in tali casu Sacerdos qui erat modum habet. D. Anton. 3. part. tit. 17. cap. 20. sub initio. si non potest gaudeare de omnimoda purgatione penitentis, saltem gaudeat quod liberatum à gehenna in purgatorium transmittit.

51.

Cauere tam en debet, ne minorem quam ea qua iusta videatur imponenda sine iusta causa. Cenfetur autem iusta causa ex Nauar. in Enchir. cap. 26. num. 21. & patet ex dictis: tum impotencia impleendi maiorem penitentiam, tum magnitudo contritionis de peccatis confessis, tum senectus & debilitas penitentis, tum aliqua lucratio indulgentiarum, per quas supplerunt penitentia punitiva: tum denum iniunctio & directio omnium bonorum operum rotius vita penitentis in satisfactionem penae peccatis ipsius debitæ. Adde & bonorum operum que ab aliis, prole fieri curaverit; ex D. Anton. in eod. cap. 20. §. 1. in fine. Curare quoque debet Confessarius, ut penitentia sint præseruatæ a relapsu in peccata: quia homo per sacramentum restituatur diuinæ gratiæ, ut deinceps ambulet ac perseueret in operibus bonis. Quinimum potest interdum pro minore peccato grauior penitentia imponi penitentillius capiri, ad deterendum ipsum ne facile recida. Nam ea quoque ratione qualitatibus penitentis satisfactio proportionatur. Nec obstat quod non proportionetur peccato; quia quantumvis grauitatem peccati superet, talis tamen inæqualitas compensatur per fructum spiritalem ex ea consequentem.

Consideranda ex parte peccati in arbitrandâ penitentia.

S E C T I O III.

52.

Ex parte autem peccati, in arbitrandâ ac imponenda satisfactione, consideranda est à Confessario: tum natura, tum grauitas ipsius peccati. Natura quidè: quia ut corporeis, sic spiritualibus morbis consentaneum est, adhuc re medicinam ex contrariis, eo modo quo ante nu. 34. traditum est. Grauitas vero, quia non debent pro grauibus delictis levia opera iniungi, ut Concil. Trident. expeditus per illa verba, quæ retulimus initio huius capituli. Adverte vero, dari quidem aliquam rationem iudicandi de peccatorum grauitate quantum facit etiam intelligentiam quod grauissimæ sit, vel minimus graue (ut patchit in frequenti lib. 14. dum tradetur ratio iudicandi de illis ex obiecto) & consequenter cognoscendi in genere pro quo maior vel minor satisfactio sit imponenda: cum dubium non sit, gravioribus maiorem deberi: nullam tamen dari certam rationem determinandi in particulari, quam magna vnicuique debeat pena cuius toleratione ita satisfiat diuinæ iustitiae in hac vita, ut nihil superflue solendum in vita futura. Nam sicut gradus penæ pro quoquoque peccato luendæ in Purgatorio (qui coram iustitia diuina certus definitus est quæ ad rigorem & durationem) nobis est incognitus: ita etiam incognita est magnitudo penæ in hac vita sustinende, quæ sic ei commensurata sit, ut sufficiat ad ipsam totam rediuerendam.

53.

Itaque hac ex parte ad Confessarium dirigendum in satisfactione imponenda conuenienter, seu correspondenter grauitati peccatorum in confessione auditorum, nihil potest in particulari assignari præter canones penitentiales (quorum aliquot collecti habentur in fine decreti Gratiani) tan-

quam regulas directorias valde viris Ecclesiastis necessarias ad penitentias penitentibus imponendas; ut ibidem haberetur eorum inscriptio. Ob quam necessitatem cenferi potest dictum in cap. Quip̄is: Disput. 38. vix Sacerdotis nomen constat in eo, quia tales Canones ignorauerit. Non est tamen sic accipienda ea ipsa necessitas, ut bene moneret Nauar. ad cap. Falsis. De penit. dist. 5. num. 18. quasi oporteat Sacerdotes in foro conscientiae imponere penitentias in ipsis canibus contentas; vsus enim contrarium docet: tum in alius, tum in eo quod (inquit idem author in praed. nu. 3.) nemo Presbyterorum inueniatur qui ob simplicem fornicationem decem annis penæ etiam agat ipsi constitutam in cap. Presbyter. dist. 82. Atque si talis de necessitate imponenda esset, quid quoque fieret cum presbytero, quid toto anno in concubinatu vivisset: quandoquidem non sufficeret ad agendum talem penitentiam mille annorum vita. Ratio igitur eiudicandi: ei si ratus est, quod per eos canones possint confessari doceri, quia penitentia quantitas & qualitas cui peccato magis conuenient. Quorum canonum statutum licet impediatur sequi ob penitentis infirmitatem, sive corporis sive animæ, vel ob aliam causam: tamen habent unde salubriter illum moneant, dicendo e' (iuxta Nauar. in Enchir. cap. 26. num. 19.) quanum solus Deus faciat iustum penitentiam pro peccatis suis tibi imponendam, nihilominus diuino impulsu directos sanctos Patres, per suos Canones talem pro tali peccato de quo confessus es, aut pro alio non absimili impulerunt. Addendo etiam (quod refert Gratianus in cap. Horism. 33. quest. 2.) Priscos Christianos solitos usque pro quoque maximo peccato mortali facere septem annorum penitentiam (intelligi cius rationis cuius debere effartraretur Sacerdos, perpeccata conditione ac dispositione personæ) iudicantes tam longam penam, tam magna offense purgandæ adhiberi oportere; se autem nolle tam grauem imponere nisi ipse sponte velit suscipere. Quo respondente se velle, si iudicetur impletur, iniungenda est et penitentia, quæ videbitur iusta, facta comparatione ad eas quæ praeditis canonibus penitentialibus præcipiuntur. Hocque est quod Nauar. nota in citato num. 18. Parochos, secundum omnes, debere penitentias suas imponere ad instar praefixorum à iure, pro foro exteriori. Cum ergo certum sit, Confessarium debere dictos canones in promptu habere, sicut ad penitentias in illis prescriptas, penitentia nisi delectus omnino videretur) iniungandas, ut intelligat quam grau penæ dignus sit libenter animo eam quæ imponitur subeat, ad ille gentes caueat iterum inquinare talibus peccatis, quæ sunt tam grauibus peccatis expienda. Cum inquit ita sit, ad doctrinæ complementum idem canones subiiciendi sunt, tanquam regulæ directæ ad iniungendas penitentias commensuratas grauitati peccatorum declaratorum in cōfessione.

Canones penitentiales in arbitrandâ satisfactione confidandi à Confessario.

Ad horum facilitatem recordationem & commodiorem vnum, conductos eis proponere secundum ordinem præceptorum decalegi & Sacramentorum, ad quæ pertinere cognoscuntur.

Pertinentes ad precepta Decalogi.

Diuinationes alias in aliisque rebus obseruare prælumens. 40. dies in penitentia sit cap. De fortis legi.

Reficiens furta in astrolabio, seu consulens diuinatorem, etiam bono zelo, & cum simplicitate, suspenditur à diuinis per annum. cap. 2. eod. tit.

Qui ædes magicis cantionibus lustrat, aliudque simile admittit, & qui ei consentit & consultit, penitens sit 5 annis cap. Qui diuinationes 26. quest. 5.

Vorum simplex castitatis violanti ducta vxore, constitutur penitentia trium annorum cap. Sivit dist. 27.

Qui blasphemiam in Deum & Beatam Virginem & Sanctos publicè coniecerit, penitentiam agat 7 annis, secundum formam præscriptam in cap. Finali. Demædictis.

Iurans

Iurans non redire ad pacem cum proximo, redate & per annum Pœnitens sit cap. Qui Sacramento 22. q. 4.

Qui perierit sciens admiserit, 40. dies in pane & aqua, & 7. sequentes annos Pœnitens sit; & nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.

Qui coactus peierat, si liber sit, 40. dies & 7. annos sequentes si seruus. 3. Quadragesimas & legitimas ferias Pœnitens sit, cap. Qui compulsius 22. quæst. 5.

Qui peierat in manu Episcopi, vel in cruce consecrata, pœnitentia tribus annis: si vero in cruce non consecrata, anno: signorater & coactus tribus Quadragesimis iuxta cap. Qui peierat eadem quæst.

Qui sciens in perierit alios induxit, 40. dies pœnitentia in pane & aqua & 7. sequentes annos, & nunquam sit sine pœnitentia: & alii qui consciæ fuerint, similiter pœnitentia cap. Si quis peierauerit 22. quæst. 5.

Qui Dominum vel uxorem interficerit, nūquā equiter aut vehatur; non contrahat matrimonium: decem annis carne non velcatur, vinum non bibat. cap. Quicunque & cap. Admonte 33. quæst. 2.

Matrem occidens decem annis Pœnitens sit cap. Latorem eadem quæst. vbi forma agendi pœnitentiam prescribitur.

Occidens Clericum vel Monachum Deo seruat in monasterio omnibus diebus vita sua & 7. annis publicam Pœnitentiam agat cap. Qui occidit 17. quæst. 4.

Occidens presbyterum 12. annis in pœnitentia sit cap. 2. de Pœnitent. & remiss.

Episcopus homicida, sit Pœnitens annis 15. & deponatur, & omnibus diebus vita sua peregrinatur: Presbyter annis 12. Diaconus 10. tres in pane & aqua. Clericus & Laicus septem, tres in pane & aqua. cap. Si quis homicidium dist. 5. o.

Cafu committenti homicidium pœnitentia quinque annorum imponitur. cap. Eos cum duobus sequent. ead dist.

Sacerdos qui fornicatur pœnitentiam agat annis decem cap. presbyter distinct. 82. in quo etiam prescribitur pœnitentia modus.

Monialis qua fornicatur, & qui cum cognoscit Pœnitens sit 10. annis. cap. De novam 27. quæst. 1.

Si pater & filius aut duo fratres cum una muliere: aut si cum matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus cōmatribus aliquis concubuerit, octo annis pœnitentia, 30. quæst. 4. cap. Si pater, & 32. quæst. 9. cap. Si quis viduam.

Si Sacerdos fornicatus est cum filia sua spirituali, id est, quæcum baptizauit, aut de baptismo vel confirmatione suscepit: aut cum illa que ei confessa fuit peccata sua. Pœnitens sit 12. annis, & in monasterio seruat Deo omnibus diebus vita sua. Si Episcopus id admiserit, Pœnitentiam agat annis 15. Mulier vero detrudatur in monasterio vbi perpetuo vivat cap. Si quis & cap. Non debet 30. quæst. 1.

Adultero, fornicatorive constitui Pœnitentiam septem annorum habetur ex cap. Predicandum 22. q. 1. prout glossa declarat.

Qui fornicatus est cum muliere, & frater eius id neciens illam duxerit, pœnitentia 7. annis, eo quod crimen fratri celauerit. cap. Si homo 33. quæst. 5.

Ecclesiastica consuetudine usurpatum est, ut malorum criminum pœnitentia 7. anteriorum spatio concludatur: nisi vel offici excellētia vel criminum magnitudo vulgarem consuetudinem excedens, præmissum spatium transcende re co-

git; veluti dum contra naturam humanæ societatis parentibus vel liberis, vel aliis eiusmodi personis impudicè adhæremus, vel dum relatio naturali vñ contra naturam more Sodomitico fornicamur, vel vsque ad coitum animalium prolabimur. Ita habetur in cap. Hoc ipsum 33. qu. 2. Et in cap. Clerici de excessibus Prelatorum eiusmodi nefandi criminis reus, precipit deponi si Clericus sit, & excommunicari, si Laicus.

Qui Ecclesiam, incenderit pœnitentia 15. annis, ac eam fedulò restituat & pretium det pauperibus. cap. Si quis Ecclesiam 17. qu. 4.

Qui domum vel aream cuiusquam inciderit voluntariè, sublata & incensa omnia restituat, & tres annos pœnitentia, cap. Si quis domum de iniuria & damno dato.

Patronus qui res, Ecclesie absumit, ad restitutionem male acceptorum compellitur & per annum excommunicationi subiicitur. cap. Filiis 16. quæst. 7.

Mensura adulterans, 30. diebus ieunet in pane & aqua cap. 2. De empt. & venditione.

Clerico furi septem annorum, Laico; annorum pœnitentia imponitur, si res sit notabilis; si vñ illis sit, pœnitentia vñius anni. cap. Si quis Clericus 17. quæst. 4.

Qui iniuste quæpiam accusat ad mortem, 40. diebus continuè in pane & aqua ieunabit, & per 7. annos pœnitentiam aget: non tamen in aqua & pane, sed arbitrio Sacerdotis. Si vero ob eam occasionem non vitam, sed membrum quis perdidit, accusator ieunabit Quadragesimis tribus in pane & aqua. cap. Accusati De accusationibus.

Pertinentes ad Sacramentorum usum
Si cisterne rebaptizatus, si per hæsim id fecerit, afficiatur pœna 7. annis feria 4. & 6. ieiunans. Si vero fecerit pro immunditia, siue curatione aliqua corporis tribus annis: cap. Qui bis de confir. distinct. 4.

Si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus sponte sunt rebaptizati, quamdui vivunt Pœnitentes sint. Alij vero Clerici & Moniales pœnitentia agant 10. annis cap. Eos quos ead. distinct. Vbi pœnitentia modus prescribitur.

Sacerdos celebrans absque sumptione Sacra menti, per annum pœnitentiam agat, & interea temporis non communiceat cap. Relatum De confir. distinct. 2.

Sacerdos qui patinis altaris mortuum inuoluit, Pœnitens sit annis decem & mensibus 5. Diaconus autem tribus annis & mensibus sex, cap. Nemo De confir. at. distinct. 1.

Sacrilegis polluens chrisma, calicem, vel altare, Pœnitens sit 7. annis. cap. De viro 12. quæst. 2. Vbi prescribitur pœnitentia agenda modus.

Sacerdos excommunicatus si celebra, annis tribus in pœnitentia sit, hebdomadibusque singulis feria 2. 4. & 6. a carnibus & vino abstineat cap. De illis 11. q. 3. incurrit que irregalaritatem refuerat Papæ cap. 11. defen. excomm. in. 6. Accidens distinct. 5.

Sacerdos a Sacerdotio gradu removit in perpetuum, si celebra prelumat, priuat Eucharistia vsque ad ultimum vitæ diem, & de excommunicatus i viaticum tamen in fine sumens cap.

Accidens distinct. 5.

Si gutta sanguinis Christi in terram cadat, Sacerdos in Pœnitentia sit 40. diebus si super altare & ad pannum vñum transeat duobus diebus: si vsque ad pannos duos, diebus quatuor: si vsque ad tres, diebus nouem, si vsque ad quatuor, diebus 20. cap. Si per negligentiam Deconfessat. dist. 2. vbi alia ad hoc genus pœnitentia pertinetia traduntur.

Qui per ebrietatem aut voracitatem euomit

Incedens Ecclesiast.

Incedens domum vel a eam.

Patronus absumens res Ecclesiast.

Mensura adulterans Fur.

Iniuste & evanescere.

Cisterne rebaptizatus.

Celebrans sine communi nomine.

Inuolens mortuum panis alteris.

Polluens chrisma, calicem, &c.

Excommunicatus celebrans.

Degradatus celebrans.

Sinens ead. gutta sanguinis Christi.

Iurans non redire ad pacem cum proximo,	gat; veluti dum contra naturam humanæ societatis parentibus vel liberis, vel aliis eiusmodi personis impudicè adhæremus, vel dum relatio naturali vñ contra naturam more Sodomitico fornicamur, vel vsque ad coitum animalium prolabimur. Ita habetur in cap. Hoc ipsum 33. qu. 2.
Qui perierit sciens admiserit, 40. dies in pane & aqua, & 7. sequentes annos Pœnitens sit;	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Qui coactus peierat, si liber sit, 40. dies & 7. annos sequentes si seruus. 3. Quadragesimas & legitimas ferias Pœnitens sit, cap. Qui compulsius 22. quæst. 5.	Quidam vel liberis, vel aliis eiusmodi personis impudicè adhæremus, vel dum relatio naturali vñ contra naturam more Sodomitico fornicamur, vel vsque ad coitum animalium prolabimur. Ita habetur in cap. Hoc ipsum 33. qu. 2.
Qui peierat in manu Episcopi, vel in cruce consecrata, pœnitentia tribus annis: si vero in cruce non consecrata, anno: signorater & coactus tribus Quadragesimis iuxta cap. Qui peierat eadem quæst.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Qui sciens in perierit alios induxit, 40. dies pœnitentia in pane & aqua & 7. sequentes annos, & nunquam sit sine pœnitentia: & alii qui consciæ fuerint, similiter pœnitentia cap. Si quis peierauerit 22. quæst. 5.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Qui Dominum vel uxorem interficerit, nūquā equiter aut vehatur; non contrahat matrimonium: decem annis carne non velcatur, vinum non bibat. cap. Quicunque & cap. Admonte 33. quæst. 2.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Matrem occidens decem annis Pœnitens sit cap. Latorem eadem quæst. vbi forma agendi pœnitentiam prescribitur.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Occidens Clericum vel Monachum Deo seruat in monasterio omnibus diebus vita sua & 7. annis publicam Pœnitentiam agat cap. Qui occidit 17. quæst. 4.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Occidens presbyterum 12. annis in pœnitentia sit cap. 2. de Pœnitent. & remiss.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Episcopus homicida, sit Pœnitens annis 15. & deponatur, & omnibus diebus vita sua peregrinatur: Presbyter annis 12. Diaconus 10. tres in pane & aqua. Clericus & Laicus septem, tres in pane & aqua. cap. Si quis homicidium dist. 5. o.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Cafu committenti homicidium pœnitentia quinque annorum imponitur. cap. Eos cum duobus sequent. ead dist.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Sacerdos qui fornicatur pœnitentiam agat annis decem cap. presbyter distinct. 82. in quo etiam prescribitur pœnitentia modus.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Monialis qua fornicatur, & qui cum cognoscit Pœnitens sit 10. annis. cap. De novam 27. quæst. 1.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Si pater & filius aut duo fratres cum una muliere: aut si cum matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus cōmatribus aliquis concubuerit, octo annis pœnitentia, 30. quæst. 4. cap. Si quis viduam.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Si Sacerdos fornicatus est cum filia sua spirituali, id est, quæcum baptizauit, aut de baptismo vel confirmatione suscepit: aut cum illa que ei confessa fuit peccata sua. Pœnitens sit 12. annis, & in monasterio seruat Deo omnibus diebus vita sua. Si Episcopus id admiserit, Pœnitentiam agat annis 15. Mulier vero detrudatur in monasterio vbi perpetuo vivat cap. Si quis & cap. Non debet 30. quæst. 1.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Adultero, fornicatorive constitui Pœnitentiam septem annorum habetur ex cap. Predicandum 22. q. 1. prout glossa declarat.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Qui fornicatus est cum muliere, & frater eius id neciens illam duxerit, pœnitentia 7. annis, eo quod crimen fratri celauerit. cap. Si homo 33. quæst. 5.	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.
Ecclesiastica consuetudine usurpatum est, ut malorum criminum pœnitentia 7. anteriorum spatio concludatur: nisi vel offici excellētia vel criminum magnitudo vulgarem consuetudinem excedens, præmissum spatium transcende re co-	& nunquam sit sine pœnitentia, cap. Qui cuncte 6. quæst. 1.

Euomens Eucaristiā.	Eucharistiam, si laicus est, 40. diebus: si Clericus, 60. Si Episcopus, 90. diebus pœnitent. Sia per infirmitatem diebus septem. cap. Si quis per ebrietatem. De consecrat. distinct. 2.	fæcutionis, ac tredecim dierum ante festum S. Ioann. Baptiste, olim celebrabantur. Legitimas autem ferias aliqui volunt dici 2. 4. & 6. alij vix 4. 6. & Sabbathum: sed patui id refert ad nostrum institutum.
Communiōnēm dās hæretico aut ab eo il lam re. ipse aut es Mis̄eritam ce lebrare per mitte, aut ad hæreti cos deficit.	Ignorata et communione dans hæretico, vel ab eo accipiens, per annum sit pœnitent. Sin scienter, annis quinque. Item qui ne sciens permittit ipsum in Ecclesia celeb̄are, diebus 40. pœnitent: sin sciatis, sed permittat pro eius reverentia, anno uno: sin pro damnatione Ecclesia Catholicæ, proiciatur ab Ecclesia tanquam hæreticus: aut si resp̄scat 10. annis pœnitent, quod si ad hæreticos defecit & postea ducatur ad mortuam, 12 annis pœnitent, cap. Si quis derelicit 24. quæst. 1.	Consideranda ex parte finis in arbitrandā satisfactione.
Pœnitens all vomitiū rediens.	So emittere pœnitent, si postea ad vomitū redierit, pœnitentiam agat decem annis. cap. Si quis vero Deponit. distinct. 5.	S E C T I O N . V.
R uelator confessionis	Confessarius qui Pœnitentis peccarum patet, in monasterium detrudatur ad agendum pœnitentiam. cap. Omnis viris que se xu. De penitent. & remiss.	E X parte denique finis satisfactionis (qui est salus animæ) in satisfactione ipsa arbitrandā, imponendave Confessarius salutem ipsam debet ita considerare, quemadmodum habet in direct. c. 2. art. 4. Polancus, ut sua intentio in imponendo, feratur in extirpationem vitiorum; ac proinde his contraria imponat, quantum à Pœnitente admittenda implenda esse iudicantur: vt eleemosynas, contra auaritiam: ieiunium contra luxuriam: auditionem verbi Dei, & lectio nem librorum piorum contra negligētiam cogitandi de sua salute: & orationes, ad gratiam contra vitia ipsa à Deo impetrandam: vt septies Pater & Ave, ad impetranda septem Spiritus sancti dona, & septem virtutes, septem peccatis capitalibus contrarias: aut quinque, ad impetrandam reformationem quinque sensuum: aut ter ad reformationem triū principaliū potentiarum animæ, hoc est, intellectus, voluntatis, & memorie: aut etiam ad bene habendum se ad Deum, ad seipsum, & ad proximum: tum corde, tum ore, tum etiam opere: aut ad promerendū aduersus recidivum auxilium speciale Dei (qui respicit orationem humilium) coram diuina ipsius maiestate profiterendo se in genua, terra de osculatâ si locus secretus sit) dicere Psalmum Misericordie mei Deus, vel alium huiusmodi, cum animi austeritione a peccato. Confessetur etiam, inquit consequenter Polancus, pœnitentia aliquando imponere euitationem: aliquarum occasionum peccati, & precissionem caſarū illius: vt allocutione aliquius personæ, ingressum in domū illius, & similia.
Episcopus ordinas in uitum.	Episcopus qui Clericum inuitum & reclamante ordinat, subiicitur annuali pœnitentia. cap. i. distinct. 7. 4.	Viliter etiam iniungetur (si Pœnitens liberat admittat:) aliquid ex latè patentibus remedis aduersus vitia: quale est octauo vel decimoquarto quoque die confitit: & vt habet: Iacob à Graphis in lib. i. decisi. aur. cap. 3. num. 19. certis diebus loco accommodato exercere fe in meditationibus: pauca in consideratione suorum peccatorum, quibus gratiam Dei, & regnum cœlestē perdidit; ex filio Dei, effigie filii dæmonis, ipsiliatus omnibus mediis consequenda salutis æternæ, constitutus reus æternæ damnationis: adeoque in infernum præcipitandus: vbi tormenta sunt sine fine, sine interruptione, sine temperamento, & tortores qui nunquam lassantur: vbi timor reum conturbat, conscientia confundit & increpat, ac denique diluvium esto mīnū pœnatur: quas moriens in peccato mortali, ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores eiecit, horrendè patiatur sine villa unquam spe euadendi. Præterea in mortis consideratione; qua (sic ut equi rausas agitatione caudæ) abigimus insidentes in anima tentationes seu sollicitationes ad peccatum: mortem enim ad quam velis remisque in celanter tendimus cogitantes: de fortitudine & aliis bonis corporis non superbiemus; quæ omnia videmus per aliquam infirmitatem / eiudem mortis tantummodo pronunciam amittenda esse. Nec item de generis nobilitate, australis eiusmodi bonis: quia cernimus vnam esse omnium morienti conditionē, sicut vna est nascendi. Nec demū de dūtia, quia scimus nec ob eas quæquam excipi à regula mortis que equi pede pulsat pauperum tabernas, regum turres.
Vendentes farmā mini steria.	Qui partum supponit de alieno viro conceptum, pœnitentia & satisfactionis modus relinquitur prescribendus arbitrio prudentis Confessarii cap. Officii de pœnitent. & remiss.	Præterea in consideratione tremendi iudicij Dei, in quo de minimis quibusque actionibus, verbis, & cogitationibus nostris redditui sumus rationem, & satisfacturi diuinæ iustitiae vsque ad ultimum quadrantem: nec inveniuntur locum pœnitentia, aut recuperatur tempus quod conceditur ad redimendam debita pro quibus ad pœnas horrendas condemnatis erimus, misericordiâ Dei cōuersâ in iudicio.
Ordi natis.	Fornicatus cum muliere quam frater id nescivit: dicit in vxorem: eo quod frater fratris crimen celaverit, 7. annis pœnitent, cap. Si homo 33. quæst. 3.	Præterea in consideratione ingratitudinis nostra erga Deum; qui tamdiu nos in peccatorum cæno herentes sustinuit: cum multi pro paucioribus & minoribus peccatis, quam nostra sint, iam crucientur in inferno: quique tot sanctis inspirationibus contempti, peccatorantes in peccato miser corditer conservavit, vt tandem per pœnitentiam horrendas pœnas redimeremus ac evademus. Denique in consideratione Passions Christi; ex qua tanquam ex
In horis ca nonicis a cō fessione Astrop. Ec clesia dis crepans.	Parentes filiorum sponsal'ia dirimentes, atque iudicem de causa: si de ipsorum cōsenso contracta fuerint; & cōiunctio priuant annis tribus, in cap. viii. 31. quæst. 3.	re. e-
Ducentis alio nam sponso Supponens parvum.	Qui contraxerit cum ea cum qua aequaliterum commisit, Pœnitens sit annis quinque cap. Si qua 31. quæst. 1.	
Occultans fratri cri men sponso.	Vxorem quæ adulterata est cognoscens ante peractam Pœnitentiam, duobus annis pœnitens sit 32. quæst. 1. cap. Si quis.	
Dirimentes sponsalia fi liorum.	Sacerdos qui in eis est clandestinus, de-sponsationibus, per triennium, ab officiis sui a ministratore amouetur extra. De clandestina desponsatione in fine.	
Contrahēs cum adul teria.	Qui matrimonium contrahit contra interdictum Ecclesiæ, per mensum aut arbitrio Sacerdotis condignam agere pœnitentiam debet ex cap. i. De matrimonio contrac-tio contra interdictum Ecclesiæ.	
Cognoscens adulteriam.	Nota quod habet Iacobus à Graphis in fine l. 1. Decisi. aurearum: quod in propositionis canonibus ad eū pœnitentiam non additur modus penitentia agendæ, eū reliqui arbitrio Sacerdotis, inspecta Pœnitentia qualitate & dispositione. Ieiunia autem triū Quadragesimatū esse addit, illa quæ ante Natale Domini & Pascha Re-	

re medio inestimabilis ineffabilisque excellentiae ac infiniti valoris, intelligitur quantae malignitatis morbus, peccatum sit, ac quam graue sit debitum, quod tanto pretio fuit solendum.

In quibus, vt & in aliis proponendis semper habenda est prudenter ratio capacitatibus & dispositionis penitentis. Unde, vt idem à Graphis habet in fine eiusdem cap. 31. illis qui videbuntur minus ad ita idonei imponendum potius est, ut aliquid plium legant vel Dei verbum audiant. Qui etiam recte addit, iis qui peccato affluti sunt, non per unam sed per plutes hebdomadas talia exercitia esse intungenda. In quibus omnibus interna vnde docebbit timor et cum Deo coniunctum Confessarium. Cui etiam debet curæ esse, prout item ipsum animare ad iniuncta confitante exequenda, resistendo fortiter diabolo tentanti: diffisilem enim initio tantum futuram pugnam: quia vires pugnando crescent & hostes debilitabuntur; iuxta illud D. Iacob cap. 4. Resistere diabolo, & fugierà vobis.] Cautela igitur in re tanti momenti negligenter agere & primas partes aduerario concedere. In Christi auxilio humiliter confidat cum Apost. dicente ad Philipp. 4. Omnia possum in eo qui me confortat.

CAPUT VI.

Dere mediorum, & Penitentiarum varietate accomodata varietati peccatorum capitalium.

SUMMARIUM.

- 57 Aduersus luxuriam puncta consideranda.
- 58 Cautela adhibenda.
- 59 Penitentia imponenda.
- 60 Remedia aduersus gullan.
- 61 Aduersus eandem imponenda in Penitentiam.
- 62 Penitenti à Confessario inculcata aduersus acediam.
- 63 Penitentie peculiares cù laborantibus imponenda.
- 64 Aduersus auaritiam remedia.
- 65 Penitentia auaritiam imponenda.
- 66 Remedia aduersus superbiam.
- 67 Penitentia ad laborantibus imponenda.
- 68 Remedia aduersus inuidiam.
- 69 Penitentia apta aduersus eamdem.
- 70 Remedia aduersus iracundiam.
- 71 Ratio ferendi patienter alterius iram.
- 72 Penitentia iracundis imponenda.
- 73 Imponenda blasphemantibus seu maledicentibus Deo, aut ipsius sanctis quod plerunque fit ex ira.
- 74 Admonitio praefixa antedictorum.

Qvia praxis nobis proposita exigit, vt quantum fieri potest ad particularia descendamus, subiectum antedictis, que aduersus peccata capitalia tanquam noxias radices ex quibus cætera pullulant, possunt peculiaria remedia ashiberi & in penitentiam apte impoñi.

Contentum autem erimus iis quæ à Gasparo Loharre tradita sunt in instrutione Confessoriorum lib. 2. cap. 21. & aliquot sequentibus: tanquam profectis à viro, tum pio, & docto; tum etiam in istiusmodi praxi multum exercitato. Ad quæ alia quidem addi possent, sed diligentiae, sicut & prudentiae Confessor j multa relinqua lant: ita ut sufficiat attigisse ea per quæ is sufficienter dirigatur; præsertim cum proximitas nimia, in re alioqui relata arbitrio, fastidium parere solet. Adde opus nuper editum à Ioan. Busco, quod inscripsit *paragraphe*, ei qui voler suppediatutum abunde tam sacre Scriptura, quam Patrum authoritates, accommodaraque exempla.

Aduersus luxuriam particularia remedia & penitentia accommodata.

Primum dicemus de luxuria, ieso & abominando criminis passi in hominibus adeo familiariter, vt dici merito nunc possit, quod de tempore diluvii dictum est Genesis 6. Ominus caro corrupetur vitam suam. Quod crimen grauissimum est pernicioſissimumque omnium, cum non tantum animam inficiat, sed ipsum quoque corpus corruptat: ideoque bonos & zelo divini honoris feruentes Confessarii decent diligenter nauigate operam, ad communem eam pe-

stem curandam, atque pluribus aduersus eam instruetos esse remediis qualia memoramus. Loares adfert: tam puncta consideranda, quam cauēta à Penitentia adhibenda.

Quorum punctorum primum est: quantum malum pro momentanea voluptate, luxuria inuehat & in animam & in corpus. Illam enim præ ceteris peccatis mortalibus de spiritali statu dimouet, obtenebris intellectum, & voluntatem depravans pervehementiam passionis; ita ut subacta mancipata corpori, reuocetur à perfecta voluntate querendi Deum (quo nomine suffocare semen verbi Dei censetur, ex cap. 8 D. Luc vers. 14.) inepta que fiat ad spiritualia, ac tantum sapiat quæ carnis sunt, homine quasi in bestiam degenerante. Corpori vero præter illud de quo 1. Corinth. 6. Qui fornicatur, in corpus tuum pecca. Adfert virtus diminutionem, viuum debilitatem, formæ deturpationem, bonorum temporalium dissipationem, aliaque multa incommoda, quæ patent experientia. Quibus accedit (iuxta illud 1. ad Corinth. 6. Neque fornicarij, neque molles, neque maculorum concubitorum, &c. regnum Dei possidebunt) reatus gehennæ, omnia illa pena grauioris; cuius timorem Dominus nobis commendat Matth. 10. versu 28. Reputet ergo quilibet momentaneum esse quod delectat, & æternum quod cruciat.

Secundum est, vt occurrente carnis tentatione, habeatur in memoria præsentia Dei, & sancti Angeli custodis: quos tantæ turpitudinis facinus latere non possit: de quo instinctu ipso naturæ contingit erubescere coram quocumque viro honesto: etiam iis quilibet perditis moribus. Recordetur tanquam Christianus, quod si templum Spiritus sancti, q. qui violauerit disperdet illum Deus ex priori ad Corinth. cap. 3. Quæ violatio in suuatur verbis eiuldem Apostoli 2. ad Thessal. cap. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis a fornicatione & sciat vnuquisque vas suum possidere in sanctificatione. Item voluntatis amans cogit longæ amabiliorum esse illam de qua in Psal. 35. Inebriabuntur ab uberrimate domus tua, & torrente voluptatis tua potabis eos.]

Tertiū est: si quantum cumque fame preflus reculas viri cibis, cuiuscumque mixtum esse venenum (iuxta illud Job. cap. 6. Non potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem) cur non respiques delectationem carnis adserentem animæ æternum interitum?

Quartum est: naturam huīus derelictandi vitij se, vt quod diuinus in eo perseveratur eod magis cruciet considerio instabilitati: ut propter extum libidinis non restinguens, sed magis ac magis inflammans, tanquam ignis qui tanto magis inflammatur & arder, quanto plus fomentia acquirit: unde ipsum statim, tanquam a facile colubri fugiendum est, & excutendum a se, tanquam ignis illapsum in finum.

Prima cauēta Penitenti præscribenda, est vt studiosissime evitent conuersationes & occasionses quas ante habuit tentationum; vt orium, quia multam malitiam docuit otorum Ecclesiastici 33. A speclis item & tactus: quia mors a cedit per fenestræ nostras iterem. 9. Itemque consuetudinem cum personis suspectis, præsertim illam, quæ est solius cum sola, aut cum turpiloquio: quandoquidem corruptant bonos mores colloqui prava. 1. Corinth. 15. Ac denum nimiam curam carnis (cui indulget est hoftem domesticum perniciosè armare) aliaque pericula & causas vitare talis turpitudinis: cuius tentationem fugiendo potius, quam resistendo superari D. Thom. 2. 2. quæst. 35. art. 1. ad 4. annotat per illud 1. Corinth. 6. Fugite fornicationem.

Seconda cauēta est, vt tentationum inititis resistatur. Si enim patet illis aditus oblectando se in eis, ita præualebat, vt nequeant sine magna difficultate postea expelli. Magna igitur adhibenda est cura, & vigilandum ut exortæ statim repellantur (quod est ex Psalmo 136. parvulos suos tenere, & allidere ad petram) conceptio timore Dei: censetur irani rali peccato peculiariter accendi, patet ex cap. 6. Genesis: vbi habetur, quod taekus intrinsecus & penitens se fecisse hominem in terra, dixerit, Delebo hominem quem creavi, à facie terra.]

Tertia cauēta est: vt si quis per incuriam permisit tentationem in carne sua radices agere, cōfugiat ad Domum, intimo cordis affectu petens ab ipso auxilium, seque beatissimæ Virginis, & Angelis suo custodi, aliosque Sanctis cōmendat: memor q. non possit esse continens nisi Deus de Sapien-